UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Petro diacono [et] co[n]fes. Cap[itulum]. cxciij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

incredulitate mulieris ſe in orationem proſtrauit: et partē illā dñici corporis ad inſtar digiti conuerſam inuenit. Et ſic matronā conuertit. Orauit iterū: ⁊ carnē in formā panis cōuerſaꝫ vidit: ⁊ matrone ſumendum tradidit. ¶ Cum quendā romanorum principem propter culpā adulterij excōicaſſet: ille vindictā expetēs magorum ſuffragia requiſiuit. Qui demonē in equū pōtificis immiſerūt. Cum aūt gregorius equo inſideret: illeq; vexatus nequaq̄ teneri poſſet. gregorius per ſpiritum ſanctū intelligēs: ſigno crucis edito demonē ab equo eiecit: qui egreſſus maleficū ꝑpetua cecitate dānauit: quē tñ ſanct⁹ eccleſie ſubdito nutriri mādauit. ¶ Cum apud mauritiū imperatorē de morte cuiuſdam epī falſo accuſaret: ⁊ mauriti⁹ ex hoc ipm ⁊ eccleſiā perſequeret: quidā monaſtico habitu gladiū tenēs imperatori aſtitit: ⁊ gladiū vibrās: illū ꝓpter perſecutionē pape gladio moriturū predixit. Qui territus a perſecutione deſtitit: ⁊ vt ꝓ ſe oraret pape ꝑ lrās ſupplicauit. ¶ Hic ↄſtituit etiā in ſingulis eccl'ijs vrbis rome ī diebus aduēt⁹ ⁊ quadrageſime fieri ſtatiões deuotiōe fideliū celebrādas. Et ne errores antiqui ſemē decetero pullularet: fecit generaliter amputari imaginib⁹ demonū capita: vt per hoc extirpata gētilis prauitat̄ facultas eccleſiaſtice veritatis palma plenius exaltaret. Addidit in canone miſſe. Dieſq; nr̄os in tua pace diſpone ⁊c. Et precepit: vt ſup corpa apoſtoloꝝ a papa ſiue cardinalibus celebraret miſſa. ¶ Officiū miſſe ꝑ introitū ⁊.it. kyri eleiſon ⁊ alia q̄ in antiphonario continent celebrari inſtituit. Letanias maiores inter paſcha ⁊ penthecoſtē ordinauit. Anno quoq; imperatoris mauritij.xiiij. ſynodū ad eccleſiā ſancti petri.cxxiiij.epōrum celebrauit. In qua plurima de neceſſarijs eccleſie ꝓuidit. Alia quoq; multa inſignia ⁊ laudabilia opera tam in vrbe q̄ in orbe perfecit. Et plenus ſanctis virtutibus a corpore migrauit circa annū dñi.cccccccvi. die quarto idus martij. Et ſepult⁹ eſt in eccl'ia ſcī petri iuxta ſecretariū. Et ceſſauit epiſcopat⁹ mēſes.v.⁊ dies.xvi. ¶ Hic eximius doctor librum cōpoſuit paſtoralem: in quo oſtēdit qualis eſſe debeat: qui ad eccleſie curam debet aſſumi. Librum ſacramentorum per totū anni circulū. Euangelioꝝ homelias.xl. Dialogorum libros.iiij. Super iob libros.xxxv. Primā ⁊ vltimam ezechielis partem que obſcuriores videbantur per homelias.xxij. quantum lucis habeant oſtendit. Antiphonarium nocturnum ⁊ diurnū ſuaui modulatione formauit. Epiſtolarū ſuarum regiſtrum ad diuerſos miſſarum in.xij.voluminibus ordinate digeſſit. Super canticis canticorum. Et in omnes prophetas. Et libros regū. Joſue. Et iudiciū multa ſcripſiſſe dicitur. Aliaq; plurima que ab inuidis combuſta fuiſſe traduntur.

¶ De ſctō Petro diacono ⁊ cōfeſ. Cap.cxciij.

Petrus ſancte romane eccleſie diaconus et beati gregorij diſcipulus fuit. Ad cuius inſtantiā ipe doctor librū dialogoꝝ cōpoſuit: ⁊ vtriuſq; mutuas collocutiones in eo inſeruit. Hic ſanctitate conſpicuus bonus magiſtri imitator extitit. Hic aliquādo beato gregorio predicante vel dictante ſpiritūſanctum vidit in columbe ſpecie ſuper caput doctoris verba in eius aurib⁹ inſerentē. Qui cum beato gregorio viſa narraſſet: admonuit eum doctor: vt viſa ſilentio tegeret: q2 quacunq; hora viſum referret: confeſtim ſpiritum exhalaret. ¶ Mortuo igitur gregorio cum quidam eius emuli ſibi detraherent: ꝙ prodigus theſauros eccleſie conſumpſiſſet: et in vindictam libros eius combureret: oppoſuit ſe petrus diaconus dicens tanti viri opera perutilia non fore delenda. Tandē mortē preeligens q̄ ſancti doctoris infamiā: ad hanc eos ſententiam deduxit: vt ſecretū quod de gregorio viderat reuelaret: et iureiurando firmaret: quo dicto ſi ſtatim ipe decederet a librorū cōbuſtione ceſſarent. Sin autē ſuperſtes exiſteret: ipm cum libris inſimul incendio cōcremarent. Itaq; cum apparatu diaconi librum euangeliorum geſtas venerabilis petrus coram populo reuelauit: ꝙ pluries ſuper caput gregorij ſpiritum ſanctū in ſpecie columbe conſpexit quod mox vt tactis euangelijs iuramēto aſſeruit a dolore mortis extraneus inter verba ipe confeſſionis ſpiritū efflauit. Statiq; inuidi a libroꝝ exuſtione deſtiterūt: ⁊ corp⁹ petri iuxta magiſtri tumulū ſepeliētes: ipm vti ſanctū venerari ceperūt.

¶ De ſancto Petro martyre. Cap.cxciiij.

Petr⁹ martyr apud nicomediā paſſus eſt ſub perſecutione diocletiani. Hic cū eēt cubicularius impatoris diocletiani prefati: ⁊ cum ipo in thalamo fiducia accepta ceſarē de immenſis martyrū ſupplicijs liberius cauſaret: ꝙ eſſet xpianus deprehēſus eſt. Et eodē impatore iubente in medium ducitur: ac primo ſuſpenſus diutiſſime flagris torquetur: deinde aceto ⁊ ſale vulneribus perfunditur: ad vltimum in craticula aſſatur. Sicq; vere petri apoſtoli extitit fidei heres ⁊ nominis. Paſſus eſt autē quarto idus martij. Hec hieronymus in martylogio.

¶ De ſancto Paulo epiſcopo. Cap.cxcv.

Paulus leoneñ. epiſcopus: a beato elduco a pueritia nutrit⁹ et doctus ſimul cum beato ſampſone